

¶ XX. *operâ & Fidei &, Bonorum operum materiam,
pleniùs ac fusiùs pertractet.*

4. *Otiosa τευτολογίας, vel certè, tñpis osciantia
reos hoc nomine peragit protestantes, Ioannes à
Daventria, scribens: Eos, si non fuissent sui
oblici, potuisse totum istum Articulum vi-
cesimum relinquere, quippe qui nihil ali-
ud ineptiat, quam quod Quartus hæretice
molitus fuerit inculcare.*

5. *Verum impudenter nugatur Monachus. Quin
potius facti causa fuit, ἀπολογία, ac justa simul
& necessaria atrocissimorum criminum depulsio,
quibus nostræ tñm notabantur Ecclesie: quasi il-
le docerent: Omnem hominem etiam in quovis
bono opere peccare: D E V M bonis operibus offen-
di: bona opera esse prohibita: & que sunt hujus
farinae convicia sexcenta alia, quorum catalo-
gum benè longum texit Iohannes Hofmeisterus,
apud Andr. Fabritium: Harm. pag. 314.*

6. *Malo igitur huic remedium: & suspicioni ac
offensioni Cæsaris mitigatio querenda fuit: id
quod pleniore doctrinæ nostra expositione, in vice-
simo illo Articulo, satis commodè fuit præsti-
tum.*

8. *Cæterum utriusque Articuli Prototypon, li-
bertatis & integritatis suæ privilegio haud diu
usum, indignam prorsus ac servilem mutationem
perpeti necessum habuit.*

Et